Terrestri bello convictione et aliis quibusvis iuris remediis et defensis non
subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

## Idem Regens Czurylowi Roborat..

Comparens personaliter Coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisl.
Generosus Andreas Komorowski sanus mente et corpore existens a Terrestribus distri-
ctibusque iuribusque iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens huic
autem iurisdictioni Castrensi Praemisliensi quoad actum praesentem attinet se cum
successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando et subii-
ciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse se ac suos successores
in et super bonis suis quibusvis omnibus et summis pecuniarum habitis et habendis
Generoso Andreae de Goray Czurylo Pocillatori Terrae Haliciensis et ipsius posteris in-
scribit et obligat praesentibus intercisam certam inter se regentem ratione certarum rerum et
condictionum ineam quae intercisa contentarum de actu et data in Turkowa die deci-
ma sexta Aprilis confectam manibusque eiusque Pocillatoris Haliciensis et sui regentis
subscriptam et sigillatam in omnibus et singulis eiusque intercisae conditionibus punctis
clausulis articulis vadiis ligaminibus et nexibus quibusvis universaliter tam in toto quam
in parte toties quoties opus fuerit tenere complere exequi ac inviolabiliter obser-
vare eiusque intercisae et omnibus illius contentis satisfacere praefatam interci-
sam ad inscriptionem praesentem et inscriptionem praesentem ad praedictam intercisam vi-
cissim in toto referendo Idque sub vadio octingentorum florenorum pecuniae polonicae
per eundem regentem Generosum Komorowski aut eius successores ob non completionem
rem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties
opus fuerit ad solvendum succumbentes. Nihilominus idem regens Generosus Andre-
as Komorowski se suosque successores in et super bonis suis quibusvis omnibus
et summis pecuniariis habitis et habendis eidem Generoso Andreae de Goray
Czurylo Pocillatori Terrae Haliciensis et ipsius posteris inscribit et obligat praesentem
inscriptionem praesentem roborationem ex his actis Castrensibus autentice de prompta ad Acta
Terrestria Praemisliensia ante decursum unius anni transferre et transportare Idque

sub vadio

Correct. Fol. 6





sub vadio similis summae octingentorum florenorum pecuniae polonicae per eundem regentem Generosum
Andream Komorowski eiusque Generoso Czurylo sive per successores illius eiusque et ipsius posteris
ob non transportationem inscriptionis praesentis pro tempore et loco superius expressis ad
solvendum succumbentes. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad
solvendum succubitis ac pro re aliqua praesenti ex praemissis non completa complendisque
praemissis Citatus existens praenominatus regens Generosus ipse Andreas Komorowski aut
eius successores Ad instantiam praenominati Generosi Andreae Czurylo aut eius posterorum
Ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense ex tunc recessu supraseri
quoad respondere spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam perem-
ptorio stare iuri parere mittere vadia praetacta luere inscriptioni huic satisfacere ac omne
iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat cuiusque
Terminum primum peremptorium Terminum et alios omnes consequentes Causae eiusdem Terminos
semper peremptorios vera infirmitate per maiori minorennitate successorum legatione in terra vel
extra Regnum servitio militari admunimentis ad Evictores vel aliis quibusvis dilla-
tionibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem altra proximos Terminos
Officii praefati Castrensis Praemisliensis dilationem sibi non recipientes nullasque moniones ap-
pellationes recarum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia per mos simplicibus
vel hicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuribus praeventione Terrestri bello Con-
ventione et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo Hac
sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

## Komorowski Obligat Vruskiemu

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus
Andreas Komorowski sanus mente et corpore existens a Terrestribus districtibusque iuribusque iuris-
dictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni Castrensi
Premisliensi quoad actum praesentem attinet secum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus
nibus totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo palam libere publice ac per expressum
recognovit Quia ipse bona sua propria et haereditaria in fraseria wattice Zaboriosos Zed.
ko Dudczak in medietate quartae partis agri residens item et Chav in hortulania
residens. Necnon medietatem quartae partis agri de solati penes metam dictis Berezyna

incipiens a granicicbus Dublanskie et se extendens ad fluvium Niestr ac agrum Zanyce ad hoc item agrum quarta partis pertinentis qui subditi et praefati ipse Dud erat tres dies in una septimana ipse vero Stav duas dies solent laborent praefatis) in haereditate villae Kothalowice in Terra et Districtu praesenti Praemissi iacentis Cum omni praemissorum iure Dominio et proprietate cumque omnibus et singulis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis generaliter universis subditorum praefatorum laboribus censibus dationibus muniis officiis vecturis obsequiis quibus generaliter omnibus ac cum totali bonorum praefatorum fundo et haereditate nihil ex praemissis omnibus iuribus Dominii et proprietatibus aut cuiusvis competentiis et prorogativis pro se et suis successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo verum prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protendit prout eaque bona ipsemet generosus generosus solus tenuit habuit et possidebat ac ipso concernebat eique serviebat. Jam eisdem nunc et de facto Nobili Danieli Druski et ipsius posteris in summa ducentorum florenorum pecuniae polonicae communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatae pecuniae hinc et a bactu praesenti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturum et indefectu pro nunc exemptionis et summae praefatae totius et integrae persolutionis extunc ad aliud simile Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli per annum proxime tunc venturum et sic consequenter de anno ad annum annis et Festis continue et immediate se sequentibus usque ad exemptionem eorumque bonorum et summae praefatae totius et integrae persolutionem inscriptionem obligavit et invadiavit prout praesenti inscribit obligat et invadiat. Etiam ex nunc idem generosus Dominus Andreas Komorowski eidem obligatario suo et ipsius successoribus coram officio praesenti dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque et Nobiles duos ipsi iam ex nunc ab officio praesenti additos die quacunque voluerint officiose acceptandam. Per ipsum obligatarium suum et ipsius posteros bona praefata praesenti obligata tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi ac ad usus suos suorumque successorum

quovis



quovis beneplacitos libere et effectualiter convertendi modo ac titulo obligationis. Debet et tenebitur memoratus generosus Dominus Komorowski prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis eidem obligatario suo et ipsius posteris inscribit et obligat eundem ipsius posteros ab omni et quavis impetitione iurca quavis cuiusque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus existentium usque ad exemptionem bonorum eorumque et summae praedictae totalem et indivisam persolutionis in omni Judicio et officio Regni ratione praemissorum exonoranda tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere ac eliberare indemnemque cum posteris reddere. Necnon bona eaque obligata tam in toto quam in parte ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus tum etiam a quibusvis citationibus in eadem bona obligata importatis et importandis liticis denique ac processibus atque processibus quibusvis in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus et in quovis Judicio et officio Regni obtentis et obtinendis in eisque bonis obligatis producendis emundare ac eliberare mundaque et libera semper facere ac ad intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum dum per Ministerialem et Nobiles officiose requiretur non denegare imo tenebitur eamque effectuatam dare et admittere ac datam et admissam tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non adimere nec impedire. Ipsumque obligatarium suum et ipsius successores tam in toto quam in quavis minima parte non iniuriari. ita ut eadem bona modo praemisso obligata idem obligatarius suus cum posteris quiete et pacifice vigore inscriptionis praesentis obligatoriae tenere et possidere queat. Idque sub vadio similis summae Ducentorum florenorum pecuniae polonicae per eundem generosum Dominum Komorowski ipsoque eidem obligatario suo et ipsius posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ac solvendum succumbendo. Praeterea memoratus generosus Dominus Andreas Komorowski [illegible] cidem obligatario suo eiusque posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem obligationis ex his Actis extrahendi

depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerint transferend et trans-
portan. quae transportata tanti valebit ac si per ipsummet regentem transportaretur.
Cui quidem transportationi inscriptionis praesentis modo praemisso fiendae idem regens se suosque
successores in et super bonis suis quatis omnibus et summis pecuniariis habitis
et habendis eique obligatario suo et ipsius posteris inscribit et obligat praesenti-
bus non contradicitur imo eamque pro rato et grato suscepit. Idque sub vadio
similis summae Ducentorum florenorum pecuniae polonicae per eundem regentem Generosum dominum
Komorowski autem successoribus praefatis obligatario suo aut illius posteris ob non
traditionem transportationis inscriptionis praesentis pro tempore et loco supra expressis
ad solvendumque succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso
ad solvendumque succumbendo ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa
complendisque praemissis citatus exnunc memoratus regens Generosumque Andream Ko-
morowski aut eius successores Ad instantiam praefati Vasilis Dmitri aut eius poste-
rorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense exnunc recessu supra scripto
quoad respondentes spectat mediante semper in primo citationis termino [illegible]
peremptorio stare iuri parere respondere vadia praefacta luere inscriptioni huic satisfa-
cere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem
omnia obligat eumque Terminum primum peremptorium et alios omnes Consequentes
causas eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minore aetate
successorum legione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimentum ad Quietationes
vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem
ultra proximos Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiens
nullasque monitiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia
praemissis simplicibus vel tricatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praesentis
Terrae bello conventioneque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non sub-
terfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

## Bolestraszycki Dydinskiej Debet.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus

Generosus



Generosus Erasmus Bolestraszycki de Swiatopelk sanus mente et corpore existens a Ter-
ris Districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis praescriptis et competentibus se-
cedens huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se
cum successoribus bonisque suis quatis omnibus totaliter et plenarie incorporans et
subiiciens palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosae Zophiae
de Koniecpole Generosi olim Stanislai Dydinski subdapiferi Terrae Sanocensis
consorti relictae viduae et ipsius successoribus summam Duorum millium florenorum
pecuniae polonicae communis monetae et numeri in Regno currentibus quemlibet florenum
grossis triginta polonicalibus computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuataeque
pecuniae tenetur atque debet. Quam quidem summam suprascriptam idem regens se
suosque successores in et super bonis suis quatis omnibus et summis pecuniariis
habitis et habendis eidem Creditrici suae et ipsius posteris inscribit et obligat
hinc pro die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate
venturo dare solvere et coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Premisliensibus
~~[illegible]~~
realiter in specie reponere et depositare depositamque et [illegible]
officio non prohibere nec arrestare vel quovis alio modo impugnare. Idque sub
vadio similis summae duorum millium florenorum pecuniae polonicae per eundem regentem
Generosum Bolestraszycki aut eius successores suprascriptae Generosae Dydinska autem
posteris ob non solutionem summae praefatae principalis pro tempore et loco supra expressis
ad solvendumque succumbendo Caeterum memoratus regens Generosus Bolestraszycki se
suosque successores in et super bonis suis quatis omnibus et summis pecuniariis
habitis et habendis eidem Generosae Dydinska et ipsius posteris inscribit et obli-
gat praesentibusque inscriptionem praesentem debitoriam ex his Actis Castrensibus authentice depromptam
ad Acta Terrestria Premisliensia ante decursum unius anni transferre et transpor-
tare. Idque sub vadio similis summae duorum millium florenorum pecuniae polonicae per eundem regentem
autem eius successoribus praefatae Generosae Dydinska aut eius posteris ob non transpor-
tationem inscriptionis praesentis pro tempore et loco supra expressis ad solvendumque succumbendo.
Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendumque succumbendo ac pro re
aliqua principali ex praemissis non completa complendisque praemissis citatus exnunc